



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotione boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

Quid sit mortificatio & quotplex, ac de eius nominibus. Cap. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

Ad perseverandum ergo, & aliqualiter proficiendum, mortificatio necessaria est. At velit quis ad perfectionem venire? Sanè sine alio sublimiori mortificationis genere, quod levia etiam peccata demat, & imperfectiones amputet, & multa etiam licita & concessa reiciat, ad finem concepitum non veniet. Perfectio enim levia peccata libenter non sustinet, sed quantum potest, demit: imperfectiones tanquam se fuscantes depellit: confusa Evangelica pro status possibiliitate ciftodit. Quis autem peccata levia vitabit, nisi etiam in leviibus seipsum abneget? Quis imperfectiones fugiet, nisi propriam voluntatem sepe minus perfecta postulantem frangat? Quis confusa custodiet, nisi multa sibi non verita, immo concessa reiciat? Torum perfectionis studium, quadam sublimiori mortificatio est, qua vir perfectus, in dies magis ac magis Christum induens, magis ac magis veteris Adae mores comprimit, atque consumnit. Si pauper est, cupiditatem rerum temporalium usque ad magnę quoque penuria sufficientiam cohibet: si castus est, appetitum voluptatis usque ad leuissimę cogitationis voluptuosę detestationem negat: si obediens, propriam voluntatem usque ad rerum difficultum & amarissimum administrationem calcat: si pias actiones subit, intus elationem, & inanis gloria titillationem, & extra proprium sensum repudiat, & milie alias imperfectiones amouer: si oratione se tradit, quoddam genus mortis amplectitur, dum sensus externos suis actionibus priuat, internos ab cogitationum pauperratē adgit, & in cella, in loco obficio, sine loci, sine luce, immo quantum potest, sine se ipso delitefecit. An omnia hæc non sunt magna mortificationis actiones? Et quidem: sine quibus tamen nemo in virtute usque ad mediocritatem proficit, nullus ad mentis puritatem peruenit. Defendente Davide potum aquæ de cisterna Bethlehem, irrupperunt tres fortes castra Philistinorum, & hanferunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt eam ad David. Si illi vero non fortiter irruerint arque vicissent, nunquam aquam derulissent. Historia hæc, quod nunc tractamus, non obscurè significat. David enim Christi Salvatoris est typus, qui in aie positus, id est, nobiscum, usque ad consummationem seculi, in tentorio Eucharisticæ degens, aquam ex cisterna illa, quæ etiam domo panis, id est, imitationem vitæ celestis, & perfectionis opera sibi afferri desiderat. Hanc autem non inservi, sed fortes, afferunt, non qui in segniori ledent, sed qui mortificationis impetu hostes perfectionis obstantes irrumunt. Animæ ita pugnant offerunt Christo puritatem aquam, quam ipse libentissime aeterno Patre libate constitutus: de qua bene dictum est, quod sanguine, & vitrum periculo empta est, id est, propria voluntatis abnegatione, & vitæ carnalis expulsione conquista. Hæc perfectionis aqua, & quæ cam comitari solet, consolatione diuina, illæ animæ abundant, quæ fortiter in mortificationi student, & mortibus inordinatis resistunt: cum tamen è contra mortificationis oblitæ, magnam patiantur huius aqua penitiam. Vnde, inquit Bernardus, spiritualis gratia inopia tanta quibusdam, cum aliis copia tanta exuberet? Profectò nec avarus, nec inops est gratia distributor, sed ubi vacua vasa desunt, stare oleum necesse est. Undique se ingredit amor mundi, cum consolationibus, immo desolationibus suis obseruat aditus, per fenestras irruit, mentem occupat, sed non eius, qui dixit: Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Præoccupatum nempe secularibus desideriis animum de-

A lectione sancta declinat, nec miseri poterunt vera vanis, æterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis, ut pariter lapidas quæ sursum sint, & quæ super terram. Estigitur mortificatio ad eft, motuum carnalium, & illeriorum abiecio atque represio, quæ animam peccato mortuam ad spiritalem vitam renovat, & reuocatam, sed adhuc infirmam, sanat, & utrumque sanam, decore perfectionis exornat. Hæc, inquam, facit mortificatio, quæ diuina gratia excitat, & mouet, & facit in nobis, ut non sine nostris astibus nos vivificat, atque perficiat. Ac proinde ea est velut iter quoddam, quo ad vitam properamus, & à morte difcedimus: est velut medicina, quæ plagi nostris applicata, saueri tollit, putorem tergit, & sanitatem optat: est quasi penicillus manus Domini pictoris optimi assumptus, quo in imagine sua minimos neulos abradit, deformata reformat, vetusta renovat, & cœpta usque ad perfectionem adducit. Mortificatio generale est instrumentum, quo salutem nostram operamus, à malo levigimus, & boni nos amatores profitemur. Quæ cùm ætiudines depellat animæ, & quicquid peccarum vulnerauit, mirabiliter sanet, post bellum cum viciis, utrumque susceptum, à perfectionis amatoribus diligenter suscipienda est, & tanquam omnino necessaria, vulnerum medicina suis malis applicanda. Cuius naturam prius exponemus, & utilitates eius quasi innotet & confuse tactas sigillatum declarabimus, ut postea libentius ad primum non tam legendam, quam opere complendam accedamus.

*Quid sit Mortificatio, & quotuplex, ac de eius nominibus?*

C A P. III.

**M**ORTIFICATIONIS substantia atque natura breui definitione concuenienter exprimitur, quæ est huiusmodi. Mortificatio est spontanea liberaque anima à vita carnali separatio, & virium tum externalium tum internarum, ab illicitis operibus dissolutio. Cum enim mortificatio sit quoddam genus mortis (triplo nomen indicat) non aliter quam ut quædam mors specialis, est à nobis explicanda. Nec quia vocatur mors, aut timenda aut fugienda est, quoniam cù id quod Deo displicet, homini nocet, corruptitur, ut mens nostra incundiori vita vestatur. Neque eam debemus existimare terribilem, quam non peccatum, ut pœnam, attulit, sed iustitia Christi, ut peccatum occidat, invenit. Ut autem sciamus in quo hæc separatio dissolutio consistat, in memoriam reuocandum est, duas esse hominis partes, substantia officioque distinctas. Has diuersis nominibus declaramus: vocantur enim caro & spiritus; sensualitas & ratio; homo versus, & nouus; exterior, & interior. Carnis & spiritus meminit Paulus, dicens: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduerfantur, ut non quæcumque vultus illa faciat. Meminit etiam hominis veteris, & noui. Nolite, inquit, mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem, cum actibus suis, & indumentes nouum, cum, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creavit illum. Nec oblitus est hominis exterioris & interioris: Sed licet is, qui fortis est, noster homo, corruptatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. Et conde-

Galat. 5.  
17.

Coloss. 3.  
9.

Corin.  
4. 16.

327

Roma. 7.  
21.  
August.  
lib. 1. de  
serm. Do  
mini in  
monte c.  
12.

lecto legi Dei secundum interiorem hominem: vi  
deo autem aliam legem in membris meis, repugnan  
tem legi mentis meæ.] Sensualitatem vero & ratio  
nem nominauit Augustinus, dum carnalem appeti  
tum, in quo est illicita delectatio, Euæ, & rationem,  
in qua est consensus, viro comparat: & huius vilita  
tem, qua se sensibus subdit, omnium nostrorum ca  
suum initium esse demonstrat. Caro igitur, sensuali  
tas, homo vetus & exterior, inferiorem nostri par  
tem designant, quia à bellu non distamus, & bona  
sensibilia, voluptatibusque corpori gratas appetimus.  
Spiritus vero, ratio, homo nouus, & homo interior,  
superiorum partem præferunt, qua coniungimur An  
gelis, & virtuti consentanea, ac Deo grata concu  
scimus.

Hæ duæ hominis portiones ita natura ac substan  
tia copulantur, ut tamen desiderii operibusque dis  
sideant. Nam spiritus virtutem, & puritatem sibi, &  
corpori, & proximis cupit: caro vero ad res sensibus  
delectabiles, & corpori gratias anhelat: ille legem  
Dei fernandam esse decernit, ista modo laetitia sup  
petant, nihil putat de diuina esse lege curandum: ille  
celum & cœlestia querit, ista terram solum, & ter  
restria suspirat. Euent ergo in his qui peccato def  
erunt, ut caro non natura, sed actibus, & conuersa  
tione carnali quasi mentem informet; & ei esse  
carnale non quad substantiam, sed quad mores, id  
est, desideria carnalia, & impura communiceat; & tunc  
homo vitam carnalem vivit, & vitam spiritualem de  
serit, quam Dei dono, & gratia possessione concepe  
rat. Quemadmodum enim (ut aliquo impossibili  
rem possebilem, & frequentissimam ostendamus) si  
iumentum in materiam hominis suam formam in  
duceret, necessario formam rationalem expelleret,  
& illum hominem externa quidem forma hominis  
retenet, iumentum & bestiam faceret: ita caro in  
mentem suos mores bestiales inuehens, mores spir  
ituales auferit, & ad culpam trahens à gratia separat, &  
ipsam mentem non natura, sed cogitationibus, sed  
desideriis, sed actibus pecudem efficit. Mortificatio  
itaque est hanc formam carnis, aut conuersationem  
carnis à mente sciungere, & carnem ancillam menti  
Domina subdere, & mentem ad suam, quasi natura  
lem formam, id est, ad vitam spiritualem renocare.  
Optime autem vocatur mortificatio, quasi mors:  
quoniam si mors, ut dixit Seneca, est naturæ lex, tri  
butum, officiumque mortalium, malorumque  
omnium remedium, hæc certa quadam ratione mor  
tificationi abnegatione conuenient. Mortifica  
tio quippe lex est, non tam naturæ, quam gratia,  
quam in lege gratia ore Pauli promulgata esse co  
gnoscimus. Mortificate, inquit membra vestra, quæ  
sunt super terram, fornicationem, immunditiam, li  
bidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, pro  
per quæ venit ira Dei in filios incredulitatis.] Mor  
tificatio tributum est, quod vniuersorum creatori pen  
dimus, ut nos non iam carnis seruos, cui vestigia  
denegamus, sed ipsius Domini famulos profiteamur.  
Sic implemus illud Domini: Reddite, quæ sunt Cæ  
sar, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.] Quoniam sicut  
regibus eorum subdi tributa pendunt; ita nos, qui  
ad regnum Christi pertinemus, ei, quod nostris sen  
sibus & voluntatibus demimus, in tributum exolu  
mus. Reddimusque secundum consilium Pauli,  
cui tributum, tributum; cui vestigial, vestigial: cui  
timorem, timorem; cui honorem, honorem. Si  
enim tributum est, ut putat Anselmus (nescio an id  
Grammatici probarent) quod præsentes soluunt,  
& vestigial, quod in signum subiectiæ ex dissitis  
regionibus mittitur, quid est abnegare seipsum, nisi

A in cœlestia regna res magni prætij mittere, & Chri  
sto in cordibus nostris præsenti gratum obsequium  
exhibere: quem sibi minus grata negantes honorauis,  
& signa veræ dilectionis ostendimus? Mortifica  
tio officium est mortalium; nam iustum est nos, qui  
mortales sumus, quotidie operibus mortuis morti, ut  
peccatis mortui iustitia vivamus.] Et si officium est  
quod quisque debet facere, quid nos aliud facere de  
bemus, nisi imaginis Adæ terrefris abiicere, ut ima  
ginem cœlestis Adæ gestemus? Est denique mor  
tificatio omnium malorum temedium, quia (ut iam ex  
parte diximus, & statim sigillatum dicemus) ipsa est  
quæ peccata reicit, vita extinguit, & quicquid in no  
bis vitiosum, aut minus ordinatum est, facile arque  
aptè componit. Et sicut mors animum malis huius  
vita eripit, & in statum immortalitatis, & immutabi  
litatis mittit, ita mortificatio ab inquietudinibus hu  
ius vita liberat, & quandam immutabilitatis satis  
anabilem gradum importat.

B Sed quare mortificatio non potius vocatur mors?  
Certe quidem quia non tam in ipsa sciunctione ani  
mæ à vita carnali, quam in lucta ad consequendam  
istam separationem est posita. Sicut enim separatio  
nem animæ à corpore procedit lucta quadam, & ve  
luti conatus quidam animæ, quo nitor corpus ag  
grauans, & iam sibi molestem exuere: ita veram tran  
quillitatem mentis, quæ in victoria motuum sensua  
lium sita est, lucta & certamen, cum sensualitate, ac  
vita carnali præcedit, quod certamen ut ad tranquili  
tatem tendens, nomen mortificationis obtinuit.  
Hoc autem certamen longum, & laboriosum est, si  
perse consideretur, licet diuina gratia nos excitans,  
& iutans satis tolerabile, & iuane illud efficiat. Quis  
nam ambigat certamen hoc esse lugum, quod vique  
ad mortem naturalem, vel vsque ad perfectam car  
narium motuum victoriæ se extendit? quam cum in  
hac vita nunquam sine aliqua contradictione  
carnis assequamur, semper pugnare & certare com  
pellimur. Quoniam propter te, inquit David, mor  
tificamur tota die; astimati sumus sicut oves occisi  
onis.] Singulis diebus mortificationi propter te Do  
mine, id est, propter tuum amorem intendimus; & ut  
rationales oves ad mortem carnalium affectionum  
definante, nihil nisi hanc mortem sane desiderabil  
em cogitamus. Ac fortassis propterea Bernardus  
mortificationem respirationi comparat, quoniam  
nunquam est à mortificatione, sicut nec à respiratio  
ne cessandum. Cum enim dixit respirandum esse  
à conspiratione iniqua peccati, hæc subiicit: Quæris  
in quo sit respiratione ista? In eo sincipiat, spiritus vi  
cissim concupiscere aduersus carnem. Huic si re  
puges, respiras. Si spiritu facta carnis mortificas, respi  
rasti. Si hanc cum vitiis, & concupiscentiis suis cru  
cifigis, respirasti. Cætigo, inquit Paulus, corpus  
meum. Vox est respirantis, immo qui iam respirat.  
Vade & tu fac similiter, ut te respire probes, ut  
diem denuo inspirantem tibi noneris illuxisse.] Sic  
ille. Quis etiam non videat hoc certamen esse mo  
lestem? Nam molestum est animo ad imperan  
dum creato, à suo corpore quasi in seruitute redigi,  
& ad impura desideria trahi, sicut molefissimum el  
set nobili reginæ, alicui ex suis ancillis deseruire. La  
boriosum est illi sanguisugæ filias, id est, carnis affec  
tiones compellere, dicentes semper: Affer, Affer.  
Quæ primo affer necessaria poscent, & secundo af  
fer superficia concupiscunt. Dutum est illi semper  
sensualitati contradicere, quam ut locum insepara  
bilem naturaliter diligit: quam etiam sepe aduerit  
mortificatione, dolore affici, abnegatione affligi, &  
motuum suorum coibitione turbari. At hæc mole  
stia est

I. Petr. 2.  
24.

Seneca  
lib. 6. q.  
natural.  
cap. 32.

Coloss. 3.  
5.

Luke 20.  
25.

Roman.  
13.7.  
Anselm.  
ibid.

Psal. 43.  
22.

Zorn. ser.  
72. in  
Cant.

Prov. 30.  
15.

*Marcij 9.  
15.* **f**ta est viriliter sustinenda, quoniam hostis non sine aliquo labore foras pellitur. Surdus enim, & mutus spiritus ab homine, quem possederat, exire compulsa, [exclamans, & eum multum discerpens] egreditur, ita ut miser homo planè mortuus videatur. Ita immortificationis spiritus, qui mutus est, nā se ipsum silentio tegit, & mutus quoniam diuinos instinctus audire contemnit, non nisi cum clamore, & molestia hominem deserit. A quo homo liber, ut optimè aduerterit Gregorius, viuus manet, licet insipientibus mortuus videatur. Velut mortuus, inquit, ostenditur, qui à maligni spiritu potestate liberatur: quia quisquis iam terrena desideria subegit, vitam in carnalis conuersationis extinguit, & mundo mortuus appetet, quia possessore prauo, qui per immunda desideria se agitat, caret. Quem multi mortuum dicunt, quia qui spiritualiter vivere nesciunt, eum, qui carnalia bona non sequitur, extinctum funditus arbitrantur.] Parum autem refert si stulti delirantes, mortuos nos putent, dummodo nos mortem peccati deponentes, vitam hominem dignam vivamus. Maneat igitur satis (vt existimo) exposta mortificationis natura. Nam cum sponte ob Dei amorem, studiumque virtutis vires, & affectiones nostras componimus, & motus inordinatos, aut imperfectos cohibusimus, tunc dicimus mortificare nos ipsos, tunc vitam veterem, & carnalem exuimus, vt nouam vitam, & spirituali, & propriam hominis ad beatitudinem conditi secemur.

Inuestigemus verò nunc quot sint mortificationis genera, seu quot modis hominem se ipsum abnegare contingat? Communiter à patribus duo genera mortificationis assignantur: alterum quo exteriorem hominem, alterum, quo interiorum cohibusimus, atque componimus. Mortificatio illius primi generis vocatur exterior, quae sensus omnes, & linguam, & membra corporis moderatur, ne in illicita, aut imperfecta diffundat: Mortificatio verò secundi generis vocatur interior, quae affectus, & intellectum, & voluntatem, & cogitationem regit, ne etiam in mala, aut imperfecta consentiant. Eas autem in sacris paginae figuratas inuenio. Nam in ipso introitu terra promissionis dixit Dominus Ioseph: Fac tibi cultos lapideos, & circumcidere secundum filios Israel.] Quae circumcisio, cum vocetur secunda, primam aliquam supponet, aut eam, quam fecit Abraham, ut aliqui volunt, cuius mentio fit in Genesi, aut aliam factam in ipsa egressione ex Ægypto, ut multi ex Hebreis aturnant, & Augustinus insinuat, qua idem populus, quoad eos, qui nec dum erant circumcisi, iterum circumcisus est. Primitaque circumcisio in Ægypto facta externam mortificationem designat; secunda verò in transitu Iordanis effecta internam mortificationem significat, quae merito fit in colle preputiorum, quoniam, qui interiora mortificare audet, iam collum, id est, aliquem gradum perfectionis ascendit. Hartum prima exterior si sola accipiatu nullula habita ratione secunda non multi momenti est, quippe quia animum incircumcisum, ac virtus subiectum relinquit. Idque Cyprianus elegantissima oratione confirmat. Neque enim, inquit, locus deseretus, laccus pro ueste, legumen pro cibo, neque ieiunia, neque chaumenia (id est, humicubationes) monachum absoluunt: sub his innotuerit interdum latenter animus valde mundanus. Quod ita deprehenditur, si ad munus aliquod Ecclesiasticum vocentur, ubi videoas quoq; ex illis facilius vinci delictis, impatienter inuitatum, appetenter vindicta quam quisius alius in ex media plebe. Quid caufest? Quoniam corpus exercuerunt magis quam ani-

**A** mum; cum beatus Paulus doceat, quod exercitatio corporalis ad modicum utilis est, pietas ad omnia valeat. Non haec dixerim, quod improbandi sint, qui talibus modis castigant corpus suum, & in seruitutem redigunt: sed quod satanas in milie instructus artibus nonnumquam illud incautus transfigurans se in Angelum lucis, ] & ex huiusmodi corporum exercitamentis inducit illis falsam sanctimoniam persuasionem: cum que intus madeant spiritualibus vitiis, & sibi, & aliis habentur pij. Sic ille. Secunda quoque interior mortificatio, si primam exteriorem negligat, non admodum tutu est; quippe quia secum aferat manifestum superbia, aut tepiditatis indicium. Superbia quidem, dum quis putare videretur, se perfectioribus studiis occupatum, minoribus non indigere. Tepiditatis verò quoniam satis languida, & ridicula est interior mortificatio, quæ serum suæ prouidentie commendatum, scilicet corpus non comprimit, & illud molliter vagati permittit. Heli profecto sacerdos severissime à Domino multatus est, non quod ipse indignè se ficeret, sed quod filios suos iniquè conuersari permisit. Ita nonnulla mentes donis, & consolationibus celestibus vacua relinquuntur, non quia affectus non compriment, sed quia pusillanimitate ductæ corpus suum delicosè trahent, & nequaquam disciplina religiosa cohibeant. Iccico secundum præceptum Basilij hac duo mortificationis genera iungenda sunt, & primo loco interiori, secundo vero exteriori via candum. Neque enim, inquit, si corporis virtus per ieiunia, vigiliasque absciderimus, animam vero motibus propriis ex zelo, & hypocrisi, & perturbationibus ceteris agitata negligamus, conferre ad virtutem aliquid corporis exercitacionem arbitramur. Neque item anima suis purgata vitiis, si corpori ad voluptates ventris, reliquaque delicias liberas habenas permittamus, remota etiam mortificationis immundicia, perfectam ad virtutem vitam nostram portare poterimus. Verum enim qui virtus cursum omni vitiorum labore purum festinat ostendere, is necesse est animæ virtutibus adiiciat, & corporis bona, & his, quæ per corpus affidias exercitacionis labore peragit, virtutes animæ concordes ostendat. Neque enim verax, & sine simulatione fuso vita esse potest, nisi animæ, & corporis membra congruentiam ad inuicem, & cordiam habeant: fieri enim equidem non posse potest, ut aut animæ adipiscamur bona, nisi absint virtus corporis, aut corporis bona consequamur, nisi virtutes animæ ante præcedant.] Ex his duobus Cypriani, Basiliisque dictis satis constat, in quo confitant hæc duo mortificationis genera: & quomodo ita sunt temperanda, ut nec sola corporis mortificatione contenti simus, nec ob internam mortificationem potiorem, externa etiam mortificationis necessarie obliuiscamur.

Vrae mortificatio tam exterior, quam interior in alias duas eff dividenda. Altera est, qua ab illicitis abstinemus: altera, qua etiam à quibusdam licitis temperamus. Illicita sunt omnia peccata sive graviora, sive levia, quæ Deus fieri vetuit. Licitas sunt omnia nobis concessa, quæ Dominus nullo præcepto, nec maiori, nec minori prohibuit. Qui ergo ita suos sensus, & affectus cohibet, ut in peccata non effluat, primam mortificationem, qua ab illicitis abstinet, habet: qui vero propter amorem Domini, & obtinum perfectionis quedam sibi licita, & concessa negat, in visu, in auditu, in cibo, & potu, in sermone, & in aliis huiusmodi, is secundam in licitis mortificationem exercet. Ad primam illam, qua ab illicitis abducimus, hortatur Paulus, dicens: Nolite errare, Deus Galat. 6. 7. 8. non

*1. Timo.  
4. 8.**2. Corin.  
11.**1. Reg. 3.  
12.**Basil. de  
vera vir  
ginit. post  
med.*

Ierem.  
48.49.Iob 7.16.  
Psal. 118.  
81.  
Psal. 83.  
3.  
Gregor. S.  
mor. 6.13.Bern. ser.  
11. in  
Psal. 90.Cassian.  
col. 21. c.  
5.Gregor. S.  
mor. 6. 8.Psal. 53.  
8.2. Cor. 4.  
10.Math.  
16.24.Lucas 14.  
33.  
Basil.  
reg. 8.  
Ius. diff.

non irridetur. Quæ enim seminatur homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Item & Ieremias, dum ait: Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.] Nam seminare in carne est operibus carnis insistere: quo nomine vniuersa peccata notantur: & prohibere gladium à sanguine, est mortificationis gladium in abstinendis illicitis sanguine signatis non occupare, sed eum ociosum, & rubigine obdutum tenere. De secunda vero, quæ propter dominum quædam licita relinquimus, gloriatuer Iob, qui de se ait: Desperati, nequaquam vlt̄rā iam viuam.] Gloriatur & David: Nam defecit, ait, in salutari tuō anima mea.] Et iterum: Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Quid enim aliud est iustum desperare, inquit Gregorius, nisi praesentis vitæ bona, aeternitatis elecitio defecere? Et quid est in atria Domini concupiscere, & deficere, nisi propter amorem aeternorum, in amore temporalium etiam nobis concessorum non perdurare? Necessitas autem hūis duplicitis abnegationis colligitur ex eo quod Bernardus ait, duas esse hominis vias, quarum altera vocatur necessitas, altera vero vocatur cupiditas. Necessitas ea, quæ ad viatum, ad vestitum, ad congruam communitatem necessaria sunt, postular; cupiditas ea, quæ luxu & ostentationi seruunt, efflagitat. Has duas vias duplex mortificatio dicta rectificat. Nam mortificatio in illicitis cupiditatē comprimit, ut non eamus post concupiscentias nostras: mortificatio vero in licitis necessitatē angustat, ut paucis contenta res parum necessarias omittat. Estaute apprimè utile nonnulla licita abstinere, non solum ut consilia sestantes abundantiorē mercedem accipiamus, verum etiam ut assueti ad relinquenda licita, quæ placent, facilius illicita, cum nos infestas tentaverint, relinquamus. Vnde Cassianus egregie ait: Non tam laudabile est si ab illicitis, quam etiam si à licitis temperemus, & his propter eius reverentiam non utramque, quæ ea nobis propter infirmitatem nostram utenda permisit. Et Gregorius: Solus in illicitis non cadit, qui se aliquando & à licitis caute restringit.] Qui ita in licitis se abnegat, potest cum psalmographo dicere: Voluntarii sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.] Ille quippe maxima cum perfectione voluntarii sacrificia offerte videtur, qui ad immolandum spirituales hostias, nec præceptis adiungitur, sed sola virtute amoris inclinatur.

Mortificatio tandem siue exterior, siue interior, siue illicita, siue nonnulla licita deferat, multa nominis fortis est, quæ vim eius, ac naturam significant. Vocatur enim mortificationis nomine, quo huc uifū vii sumus: vocatur etiam abnegatio, renuntiatio, spiritualis circumcision, ieunium, odium sui, violencia, crux. Primo nomine vius est Paulus, dicens: Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.] Hoc vero nomen optimè exprimit huius sancti studij qualitatem, quo vero mundo morimur, & à multis licitis sequestramur. Abnegationis nomen usurpat Dominus, dum ait: Qui vult venire post me, abneget segit ipsū.] Tunc enim nos negamus, cum nobis aliquid male, aut imperfēcte cupientibus per aduerbiū non respondemus, & à nostris concupiscentiis, desiderisque se Jungimur. Renuntiationis nomen etiam docuit ipse Dominus. Qui non renuntiat, inquit, omnibus que poscidet, non potest meus esse discipulus.] Est igitur renuntiatio, ait Basilius, nihil aliud, quam vinculorum crassi huius, ac temporali conuersationis absolu-

A tio, quæ nos dum emancipat semel, ac subducit anxiis, & humanam vitam comitantibus negotiis, & promptiores, ac magis idoneos reddit ineundæ via ad Dei contemplationem recta prouochenti.] Circumcisio nomen à Paulo multis locis didicimus, cuius est illud: Circumcisisti circumcisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi.] Merito autem hoc nomen mortificationi indidit, quoniam sicut abrogata circumcisione superflua carnis amputauit ita spiritualis circumcisionis a Christo in lege gratia retenta, superuacua mentis abscindit. Ieunium nomine meminit Dominus per Isaiam: Nonne, ait, hoc est magis ieunium, quod elegi: Disolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes.] Est ac si diceret: Ieunium mihi gratissimum est peccatorum funes exoluere, & desideriorū inaniū pondus abiicere. Et Augustinus in eodem sensu loquens, ait: Ieunium magnum, & generale est, abstinere ab iniuriantibus, & illicitis voluptatibus facili. Meminit etiam nomine odij, dicens: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodit eam.] Nam qui odio habet aliquem, eius frangit voluntatem, & vites eneruat: quia vero dum nos abnegamus, similia sensibus & concupiscentiis facimus, ideo aliquid nostri, scilicet quod inordinatum est, detestamur, ut quod potius, & excellētius est diligamus. Nomen quoque violentiae ex doctrina ipsius Salvatoris accepimus, dicens: Quoniam regnum cœlorum vim patitur.] Audi ex Ambroſio quænam sit ista vis. Vis, inquit, menti affectur humana, quæ diuersis illecebris delicta labore fugit, voluptates experit, cum vel metu supplicij coercita, vel præmio provocata vincere ipsa lenitur, & tanquam exantlatis laboribus palmarum, quæ fibi plurimis aduerſitatibus subtrahebatur eripere contendit. Actandum mortificationem sub nomine crucis nos docuit; nam ait: Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.] De hac cruce, quæ in vera abnegatione posita est, gloriatatur Paulus, quando dicebat: Christo confixus sum cruci. Suscepito enim crucis, inquit Leo Papa, est interfectio cupiditatis, occisio vitiorum, declinatio vanitatis, & abdicationis omnis erroris.] Hanc ergo crucem ut hilariter suscipiamus; hanc violentiam ut nobis fortiter inferamus: hoc odium ut utile admittamus: hoc ieunium ut sancte custodiamus; hanc circumcisionem ut cum fructu sustineamus: hanc abnegationem, & mortificationem ut strenue exercemus, eius tum necessitatem, tum dignitatem, ac præstantiam inuestigemus.

Mortificationem esse homini iusto appri-  
mè necessariam.

## CAP V T IV.



VID sit mortificatio vidimus. nunc eius necessitatem, atque præstantiam spiritualem tenendam, & ad perfectionem aſſequandam videamus. Licet enim ex his, quæ haecenus diximus, satis perspecta esse potest, tamen res tanta distinctius & explicatiū tractanda est, ut nos ad mortificationis amorem & studium allicit. Mortificatio in ipso vita spiritualis ingrediū omnibus à Domino præcepta est, fine qua nemo vitam hanc inchoare, aut prosequi, aut consummare præsumat; quia statim atque eam defecerit, & suis concupiscentiis adhæserit, ab eo, quod

addeptus

Colloq. 2.  
11.Isaie 58.  
6.August.  
trah. 17.  
in Ioan.  
25.Matth.  
11.12.  
Ambrili.  
5. in Lu-  
cam ad  
finem.Matth.  
10.38.Leo ser. 1  
de resur-  
rectione.